

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius,
Phil. pr. Prof. Ad Exequias Quas Matronae Honestissimae Annae Streleniae, Matri
desideratissimae liberi moestissimi paratas cupiunt ... Omnes Academiae Cives
... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776805983>

Druck Freier  Zugang



Huswedel, J.

in A. Strelen,
uxor. Chr. Kirchberg.

Rostock, 1639.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776805983/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776805983/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776805983/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776805983/phys_0003)

DFG

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
JOHANNES HUS-
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS

Quas
MATRONÆ HONESTISSIMÆ
ANNÆ STRELENIAÆ,
Matri desideratissimæ liberi mœstissimi
paratas cupiunt hora media prima in tem-
plo S. Mariæ.

*Omnis Academia Cives officiosè & sedulo
invitat.*



ROSTOCHI,

Litteris NICOLAI KILII, Academ: Typogr.

Anno M DC XXXIX.

Qui mundum hunc in quo
vivimus mari, vitam in eo viventium,
navigationi comparant, non absurdē
facere videntur. Prænavigamus enim
vitam, & quemadmodum in mari, ut Poetarum La-
tinorum princeps ait, Terræq; urbesq; recedunt: ita
in hoc rapidissimi temporis cursu primum abscon-
dimus pueritiam, deinde adolescentiam, deniq; il-
lud inter juvenē & senem mediū, quicquid est, in u-
triusq; confinio positum: deinde ipsius senectutis
optimos anno. Novissimè incipit ostendi publico
finis generis humani. Scopulum illum esse puta-
mus, ad quem naufragij sit periculum: portus est,
votis etiam expetendus, nunquam recusandus. In
quem, si quis intra primos annos ætatis delatus est,
non magis queri debet, quam qui citò navigavit.
Alium venti segnes ludūt, ac detinent, lentissimoq;
tranquillitatis rædio lassant: alium pertinax fatus
vel secundus perfert celerrimè, vel adversus etiam
rejicit & in periculū adducit. Nōne omnes hæc vera
esse experimur in utroq; sexu, omni ætate. Perveni-
unt in hunc portum pueri, puellæq;, adolescentes,
virgines, mariti, cælibes, nec infrequentius quam
decrepitiæ defloccati senes. Rectè ergo faciunt,
qui in hoc mari navigant, si portum singulis me-
mentis ante oculos habeant, progressus ad illū quo-
tidianos advertant, & singulis diebus, hebdomadis,

men

57

mensibus, annis, accessionis propinquitatem cōsiderent. Habent enim singula tempora mortem suam, cuius finis & summa illud momentum est quo oculos claudimus, atq; ita clausis oculis ad viæ, quam à primo vitæ momento ingredi cepimus, exitū pervenimus. Hęc in mentem cum venirent, indicto funere breviter p̄fari operæ duximus. Indictum vero id est, matronæ primariæ ANNÆ STRELENIA, ea in hanc lucem edita est, Anno 1583, die 5 Sept. hac in urbe Rostochio, ex primarijs, honestis & pijs parentibus, Pater ei fuit M. VALENTINUS STRELENIUS, Vir honestissimus ac doctissimus, judicij Megapolitani Protonotarius. Mater ANNA MAKEN, mulier pia & matrimonialium virtutum aliarum studiosissima, Avus paternus vir itidem Prudentissimus Dn. JACOBUS STRELENIUS, Consul Strelenij in Silesia bene meritus: cuius uxor, hujus nostræ avia patera fuit matrona honestissima, ANNA von SEYDEN. Avus maternus Dn. RUDOLPHUS Macke / Vir intègerrimus, civis primarius. Avia materna MAR. GARETA GERDES, sexus & conditionis fæmininæ ornementum, Ex his parentibus pijs & honestis, cum orta esset hæc nostra piè defuncta & in hanc lucem edita, suæ pietatis Christianæ primum officium esse putarunt ut recens natam ad flumen regenerationis ac renovationis deferrent, ac labe naturali pollutā Spiritu & unda mundari curarent: Alterum ut mū.

Bb 2

da.

datam dignē acceptō Christianismō alerent atq; e-
ducarent, quæ cum utriusq; parentis cura quidem
communis esset, matri tamen potissimum incum-
bebat, quæ singulari studio id egit, ut non corpus
tantum lacte materno cresceret, sed ingeniu quoq;
suo affectu inbueret, ingenium excoletet, mores or-
naret, animum pietatis, castitatis & modestiæ stu-
dio ad virtutes domesticas honestæ virgini conveni-
entes adsuefaceret. Quod studium ita cessit, ut soqñ
parentum naturalis erga crescentem & adolescen-
tem cum ætate pares progressus facheret, paria incre-
menta sumeret, ac præter parentes, alios etiam in sui
amorem paulatim pertraheret. Hoc pietatis & o-
bedientiæ studio, transegit ætatem primam, ut piæ
& honestæ virgini conveniebat, usq; ad annum æ-
tatis vigesimum se undum, quo eam legitime in-
matrimonium petiit atq; impetravit à parentibus
vir honestissimus Dn. CHRISTOPHORUS Kirchberg /
civis & cerevisarius hac in urbe, inter centumvi-
ros haud postremus. In cuius conjugali societate
fortunata, concordi, tranquilla, vixit ad sedecim
annos & liberos in ea ternos produxit, quorum pri-
mus ALEXANDER Kirchberg / J. U. D. Consultissi-
mus, alter VALENTINUS Kirchberg / civis primarius
& hac in urbe cerevisarius. Tertia in hoc liberoru
ordine fuit filia unica ANNA, quæ Dn. MARTINO
Schäfferi / aromatario in hac civitate præcipuoru.

plie

psit & adhuc feliciter super est. Hactenus prospe-
ra quidem navigatione & secundo fortunæ flatu
hæc nostra pie defuncta usa fuerat ; quæ vero tunc
orta est procella eam deinde non mediocriter
turbavit nec sine singulari damno ac periculo ad
scopulum detulit, ad quem ipse maritus anno æta-
tis trigesimo nono vitæ suæ naufragium fecit, ipsa
tamen salva & in columis evasit, & viam hujus vitæ
quæ restabat, in viduo statu per annos octodecim,
pie atq; honeste ut viduam Christianam decebat ,
emensa absolvit. Negotia quibus hoc viduitatis
tempus transegit præcipua fuerunt, cultus Dei, fre-
quentis audi^g verbi divini, Sacramentorum usus, li-
berorum educatio & rei Oeconomicæ fidelis admi-
nistratio. Quo in cursu licet non omnia semper
evenerint prospera, ut sunt res humanæ, tamen cum
& filij ad ætatem virilem pervenissent, & filia in ho-
nesto ac fortunato matrimonio floreret, pro inge-
nij humani indele tum desum promittebat sibi
constantiorē, quam hactenus experta fuerat for-
tunæ secundæ favorem, & ex liberorum felicitate
latitiam : Verum Deo longè aliter visum fuit, cujus
cogitationes plurimum à nostris abeunt, atq; longè
alijs vestigijs ingrediuntur, qui die ultimo Februa-
rij nuntium ei misit peracti in haec vita itineris, mor-
bum initio haud ita gravem, quiq; vivendi finem
ei putetur allatus ; is tamen unius tridui spatio ita

crevit, ut & ægram in lectum conficeret, & minari
majus periculum, quam pro opinione, videretur,
Die 8. Martij cum haud dubie persentisceret, hujus
vitæ termino, quem portum esse initio diximus nō
scopulum, se propiorem paulatim fieri, quo viatico
in priori navigatione usâ fuerat, quoties postulabat
necessitas, idem sibi prospiciendum, ut eo felicius
in portum adpelleret, putabat. Itaq; Reverendū
Virum Dn. CHRISTIANUM MICHAELIS Ecclesiæ pa-
storem ad se vocari voluit, apud eum per seriam cō-
fessionem inutili & sordida peccatorum sarcina se
exoneravit, ac vera fide ad Redemptorem suum con-
versa, corporis ac sanguinis Dominici Sacramento
usa ad exemplum antiqui Simeonis dimitti atq; in
coelestem societatem admitti desideravit. Ita igi-
tur instruta hoc suum desiderium non voto magis
& animo, quā & verbo & voce testata est. Deum suis
peccatis merito iratum, jam omnem offensam de-
posuisse, in gratiam se recepisse, ut & ipsa suis debi-
toribus remiserit, quicquid offensæ in animo suo
ab ijs ortum sit; igitur certam se esse de gratia & mi-
sericordia divina, quæ pios & gratiolum Dei auxi-
lium inplorantes nunquam destituat, semper co-
mitetur, semper prosequatur. Hanc sibi fiduciam
natam esse ex tot luculentis verbi divini sententijs
ac testimonij, quæ in promptu habebat, cum dice-
ret, Domine, situa solius gratia potiri mihi licet,
nihil


Nihil est quod in hoc mundo magni faciam. Et si
cordis anxietas magna urgeat, tamen spem gratiarum
& auxilij divini tanto maiorem esse, quæ omne
illud pondus non levius tantum reddat, sed omnino
auferat atque in salutarem latitudinem convertat.
Domine, in manus tuas commendabo Spiritum meum
tu Deus redemisti me & extra omnem periculi ac
mortis aleam in tuto collocasti. Hoc sententiarum
genera cum animus pia matronæ abundaret, mirum
non est, si plena fiducia, plena consolationis & spei
Christianæ in portum, anno ætatis 56. invecta
sit, ubi fruitur vita & latitudine linguam & mentem
humanam superare, quam post prophetam, Ethicus
etiam vates non exprimendo, exprimere voluit,
cum scriberet, οὐ γάρ οὐδεποτέ ταῦτα
νοστεῖ, οὐ τόνος τούτων πάντα. Non haec humanis oculis objecta
fuerunt, Non aures capiunt, minor est angustia mentis.
Quæ licet ita habeant, tamē haud dubium est, quin
superstites liberi & propinquii hoc matris, quæ per
ætatem diu etiam superesse potuisset, decessu in tri-
stitudinem & luctum haud levem conjecti sint, quem
amor quidem naturalis imperat, modum tamen
Christianæ nostra professio inponere debet, quæ vo-
luntatem Dei nobis exponit, ad quam nostra for-
mari debet; quæ providentiam ejus nobis com-
mendat, per quam nihil omnino fieri potest ac de-
bet, quod non fiat justo tempore, justo ordine, ju-
sto

sto modo : quæ nostram nobis conditionem in ani-
mum revocat, qua si ut vita nemini detur manci-
cipio, omnibususu, qui pro ordinatione providen-
dentiæ divinæ huic quam isti, vel illi, diuturnior vel
brevior contingit. Quæ & alia si rectè consideren-
tur & vera fide accipientur, nihil est quod immodi-
cam tristitiam & luctum , si non totum tollere,
saltem ex parte minuere atq; mollire per temporis
diuturnitatem queat. Nos vero cives Academicæ
nostro quoq; officio satis facere parest, & propter
defunctam & propter nos ipsos. Videmus nostræ
quoq; navigationis fortunam, quam ea facile mu-
tari possit: faciamus alteri, quod nobis fieri opte-
mus, quod caritati Christianæ convenit, quod
communis etiam humanitatis officia flagitant.
Commendemus una opera Deo nostram, urbis, A-
cademiæ, provinciæ incolumentem, qua incolumi-
nostra continetur incolimitas, & æternitatem co-
gitemus. P. P. Rostochij sub sigillo Recto.
ratus die XIII. Martij Anno
Ch: st. M DC XXXIX.

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776805983/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776805983/phys_0016)



nihil est quod in hoc mundo n
cordis anxietas magna urgeat,
& auxilij divini tanto majore
illud pondus non levius tantum
no auferat atq; in salutarem l
Domine, in manus tuas commo
tu Deus redemisti me & extra
mortis aleam in tuto collocasti.
genere cum animus piæ matron
non est, si plena fiduciæ, plena c
Christianæ in portum, anno
sit, ubi fruitur vita & lætitia li
humanam superâte, quam post p
cus etiam vates nō exprimendo,
cum scriberet, ἡλε γαῖς ὀπιδερητ
κατὰ, ἔτε νῶν τελευτα. Non hac bunt
fuerunt, Non aures capiunt, minor
Quæ licet ita habeant, tamē hau
superstites liberi & propinquih
ætatem diu etiam superesse potu
stiam & luctum haud levem co
amor quidem naturalis imperat
Christianæ nostra professio impo
luntatem Dei nobis exponit, ad
mari debet; quæ providentiam
mendat, per quam nihil omnino
bet, quod non fiat justo tempore



m. Etsi
m gratia
x omne
d omni
onvertat.
rum meū
riculi ac
ntiarum
et, mirū
is & spei
investa
mentem
, Ethni
e voluit,
v àd iwa
i objecta
mentis.
est, quin
quæ per
su in tri
, quem
tamen
quæ vo
tra for
s com
ac de
ine, ju
sto